





21

1730, 17

Præ. 23. num. 45.

18

SVB PRÆSIDIO
TRINITATIS SANCTISSIMÆ

CVRATOREM LITIS
EXTRADITIONEM REI MOBILIS
TEMPORE ORDINAT. PROC. ELECTOR. SAX.
VETERIS PIGNORI DATÆ ET TRADITÆ, ABS-
QVE ILLIVS LVITIONE, AD MASSAM CON-
CVRSVS TEMPORIBVS RECOGNITÆ PRIMVM
ORTI IN TERRIS ELECTORALIBVS SAX.
INEFFICACITER PETENTEM,

CONSENSV PARI

ILLVSTRIS JCTORVM ORDINIS

IN PERANTIQVA ACADEMIA ELECTORALI ERFORDIENSI
PRÆSIDE

DN. CONR. WILHELMO Strecker,

v. d. JVD. ELECT. PROVINC. ET FACVLT. JVRIDICÆ IN ALMA HIERANA
ASSESSORE, PROFESSORE PVBLICO, NEC NON CIVITATIS
ERFORDIENSIS SENATORE,

IN VIM

PROBLEMATIS INAVGVRALIS

SIVE

PRO LICENTIA

OBTINENDI

NOBILISSIMAM JVRIS VTRIVSQVE DOCTVRAM

HVJVSQVE PRIVILEGIA

EXHIBET

JOANNES CHRISTIANVS Kästel

Numburg. Mifn.

CONSILIAR. SAXO-DVCAL.

IN AVDITORIO JCTORVM MAJORI HOR. CONSVET.

D. XXVII. FEBRVARII A. M DCC XXX.

ERFORDIÆ, Litteris GROSCHIANIS, Acad. Typogr.



TRINITATIS SANCTISSIMAE

CURATORUM
EX TRADITIONEM REIMOBILIS
TEMPORE ORDINAT. PRO C. HICTOR SAX
VETERIS MEMORIALI ET TRADIT. AD
QUE ILLIS LITIGIIS, AD MISSAM CON
CURSUS TEMPOREBUS RECOGNIT. PRIMAM
OBT. IN TERRIS ELECTORALIS SAX
INFERIORIBUS REIEM.

CONSIL. V. PARI
ILLUST. RECTORUM ORDINAT.
IN TERRIS ELECTORALIS REIEM
DR. CONR. WILHELMUS
A. V. D. JUD. PROC. PROVINC. ET FACULT. JURIS IN AM. HIBAZA
ABSEN. PROLOC. FURIO. THE. NON CIVITIS
PROFESSOR. REIEM.

PROFESSORIS IN A. G. A. L. I. S.
PRO LICENTIA
ORDINANDI
NOBILISSIMAM IURIS VIRI GOSSE DOCTRAM
HUIUSQUE PRIVILEGIUM

JOHANNES CHRISTIANUS
CONSIL. V. PARI

IN A. D. N. O. R. E. T. O. R. I. A. M. V. I. D. E. L. I. C. I. T. A. M.
CONSIL. V. PARI

ELABOR. H. G. O. H. A. R. T. I. S. I. N. T. E. R. R. I. S.





PROÆMIUM.



Larificando rubrum proble-
matis, casus præmittendus
est sequentem in modum:
Sempronius civis oppidi cu-
jusdam Electoralis Saxonici
in securitatem creditæ sortis

1000. solidorum imperialium, *Reichs Thaler*
dictorum, mense Junii Anno 1724. acceptæ,
res quasdam mobiles sibi proprias Cajo degen-
ti eodem oppido pignori dedit, & tradidit, hoc-
que ibidem die Michaelis dicti anni 1724. luc-
re promisit, Sempronius autem, haud stans pro-
missio, circiter vel post annum 1725. sine pigno-
ris luitione, denascebatur in oppido illo Saxo-
nico Electorali, quô civis, & pignus contra-

A

ctum

Etum erat, postea, constituto liti Curatore, movebatur Concurfus creditorum, quorum tam noti quam ignoti per edictum citabantur sub poena præclusi ad liquidandum, & emanentes in termino liquidationis, inter quos etiam Cajus res sibi à Sempronio, nunc autem in morte, & sic ex post facto, in statum debitoris communis redacto, pignori datas & traditas in manibus reapse suis habens locum quendam occupaverat, infecuta sententia à concursu nomine collectivo præcludebantur, & denique Curator liti sine mentione factæ præclusionis instituebat in foro concursus erga Cajum actionem, hæc ab eo rerum huic pignorataram extraditionem ad massam Concurfus absque luitione petendo. Quare occasio problematis fuit, ex illo quæstionem juris controversi movere: Utrum instituta actio efficax sit, nec ne?

§. I.

ANtequam autem jura circa factum enarratum in terris Saxonice Electoralibus obtinentia applicamus, necessarium est, nos explicare, quid velimus sub *Curatore Litis* vid. §. 2., *pignore, ejusque luitione*, §. 4. seqq. & 29., *Conkursu & hujus Massa*, §. 30. intelligi, in quibus singulis tamen nominum de-

definitionibus supervacaneis earundemque jurgiis, ubi si non semper, attamen ut plurimum, vel sæpè proverbium illud antiquum ligatum: Parturiunt montes, nascetur ridiculus mus, se exerit, ac quia plus est in re, minus autem in verbis, & ne nucleum amittamus, relinquamusque pignori putamina, abstinemus, necessaria tamen explanabimus, & quoad potest, jura Saxonica Electoralia, justiciam, exemplo IMPERATORIS JUSTINIANI, *princ. Inst. de F. & F.* quod sit constans & perpetua voluntas jus suum cuique tribuendi, constantem & perpetuam, & quidem idem in der Erledigung derer Landes-Gebrechen *de anno 1681. von Justitien-Sachen §. 48.* circa finem respicientia, daß keine Quæstio so wichtig/ die ex jure vel juris ratione nicht beständig zu decidiren/ wenn nur die Rationes dubitandi & decidendi recht von einander unterschieden/ und aller falscher Wahn und unnöthiger Disputat vermieden werden/ absque interpretationis ullius conamine *§. 49. alleg. RES. GRAV. von Justitien-Sachen antè, & in Mandato publicationis ordinationis processus Electoral. Saxon. recognita, in verbis:* Gestalt denn auch insonderheit unsere Rechts Collegia bey vorkommenden Fällen/ so in dieser unserer Proceß-Ordnung nicht exprimiret/ vor sich keine eigene Interpretation zu machen/ sondern vielmehr jedesmahl deshalb ihren Bericht/ nebst Anführung derer Rationum dubitandi, und Befügung ihres unvorgreiflichen Gutachtens/ an Uns zu erstatten haben/ novissimè prohibito, sequemur.

§. II.

Igitur Curator Litis à nobis intelligitur ille, cujus officium est, paucis saltim respondere creditorum li-

A 2

qui-

quidationibus ac documenta recognoscere, nec non contumaciam emanentium, vel etiam deserentium Juramenta, probationes, aliaque præstanda accusare, atque omnem movere lapidem, ut eò citius ad distributionem perveniat iudex, cui tamen, quamvis hoc Dn. D. JOH. FLOR. RIVINVS Antecessor & heros in foro florentissimus, insignibus Rectoris Academiae Lipsiensis jam insignitus, in Enunciatis juris ad *Ordin. Proc. Judic. Sax. Elect. Enunc. §. ad Tit. 41. p. m. 1467.* nobis assentiatur, propter interventum *Ord. Proc. Sax. Elect. Cogn. ex hac §. 4. ad Tit. 41. §. 1. ad Tit. 42.* in tantum, quantum textuum horum singuli vim legis publicæ & publicatæ, sicuti tota Ordinatio processus recognita, habentes, de curatore litis constituunt, jungendi, & quidem ex illo: Und wie hiernächst dem Debitori, wenn er anwesend / zwar erlaubet / auf derer Creditorum Vorbringen selbst / oder durch einen Bevollmächtigten / welchem solchen Falls aus dem Concurs die verdienten Gebühren gereicht werden / zu antworten / also soll jedoch derselbe / und im letzten Falle / beyde vorhero eydlich angeloben / daß sie keinem vor dem andern / etwas per gratificationem einräumen / noch auch richtige Forderungen / zum Aufenthalt der Sache / in Zweifel ziehen / oder gar läugnen wollen. Bey dessen Abwesenheit aber hat der bestellte Curator Litis, so hierzu auf gleiche Weise / wie der Debitor selbst zu verpflichten / zu antworten / und des gesamten Credit-Wesens Bestes zu beobachten u. Ex hoc autem: Es haben aber jedes Orts Gerichte hierunter allen unnöthigen Aufwand zu vermeiden / Curator litis auch aller Weitläufigkeit / und sonderlich des Verfahrens super Prioritate sich zu enthalten /
widri

übrigensfalls soll derselbe nicht nur diesfalls keine Gebühren zu fordern haben / sondern auch darzu willkürlich bestrasset werden.

§. III.

Sed faciamus intercapedinem in Curatoris litis consideratione, huicce quæstiunculam memoratu dignam miscendo: Utrum Curator litis constitutus etiam absque ulla ulteriori constitutione peculiari curator bonorum censendus sit? Ordo quidam Jureconsultorum Electoratus Saxon. statuebat in Rationibus decidendi sententiæ ad prætorium quoddam oppidanum Electorale Saxonicum Mensè Majo Anno 1725. in prima instantia latæ appensis: Dennoch aber und dieweil der vorige Curator litis sich zugleich vor einen Curatorem bonorum aufgeföhret/ auch nach der verbesserten Process-Ordnung ad Tit. 41. §. 1. der Curator litis Curator bonorum mit ist ic. Cui assertioni tamen sententia Leuterationis Mensè Nov. Anni 1727. à Collegio quodam Scabinorum Electoral. Saxoniorum in eadem causa ad id prætorium concepta rotundè & sequentem in modum contradicebat: Nunmehr aus denen Acten so viel zu befinden / daß der verordnete Curator litis die Quittungen ic. welche N. ausgestellt / dieweil dieser zum Curatore bonorum niemahls angenommen worden / und daß er sich dessen ohngeachtet / davor mit aufgeföhret / vor ein ungebührliches Bezeigen desselben zu halten / hiernechst in der erläuterten Proc. Ordnung / daß ein Curator litis zugleich Curator bonorum seyn solle / nicht zu befinden ic. zu recognosciren nicht schuldig. Quod nunc utrorumque horum Collegiorum de jure respondentium erraverit, siquidem



unum eorum affirmativam, alterum verò negativam
 statuatur, propositum nostrum non est, dispicere. Sin
 autem recursum in ipsam Ordinationem processus Ele-
 ctoralis recognitam vi legis publicæ & publicatæ mu-
 nitatam instituamus, & in hac ex §. 1. ad Tit. 41. verba
 sequentia: Wenn nun mehrere Gläubigere zusammen kom-
 men/ und es sich äuffert/ daß der Schuldner in Abfall seiner
 Nahrung gerathen/ also ein Concurfus Creditorum ent-
 stehet/ soll alsobald mit gerichtlicher Obsignation und In-
 ventur der vorhandenen Effecten/ sie haben Nahmen wie
 sie wollen/ iedoch mit Einziehung aller unnöthigen Kosten/
 verfahren/ ein Curator bonorum von dem Judice seinen
 aufhabenden Pflichten nach/ ex officio bestellet und darzu
 vereydet/ der Schuldner aber von aller Concurrenz bey der
 Administration gänzlich ausgeschlossen werden. Wie
 nun dem Curatori des Credit-Wesens Bestes auf
 alle Arth und Weise zu besorgen/ und die auf-
 senstehenden Schulden einzucassiren obliegt;
 Also ic. legamus & relegamus, & ea inter illa, quæ li-
 teris elevatis impressa, pensitemus, videtur quidem Fa-
 cultas Juridica Scabinorum sententiam ex generalitate
 textus Curatorem litis à bonorum Curatore haud di-
 stinguentis superare, textum vero huncce generalem
 verbis eidem ab initio §. antecedentibus & de Curato-
 re bonorum expresse constituentibus combinando, in-
 spiciendoque penitus in præcedente §. 2. jam indu-
 ctum §. 4. ad Tit. 41. ut & §. 1. ad Tit. 42. in verbis:
 Auch des Curatoris bonorum und litis Gebühren/ item,
 ibidem: Curator litis auch aller Weitläufftigkeit/ supe-
 rant



rant utique Facultatem Scabini, cum legislator Potentissimus citatis locis Curatorem litis & bonorum diversè & seorsim, & sic etiam eorundemque officia sigillatim consideraverit atque distinxerit. Ubi tamen vix ac ne vix quidem negandum, unam eandemque personam litis & bonorum Curatoris officia fungi posse, modo ordo ad *Tit. 41. §. 1. & 4.* expressus in constituendo acriter observetur.

§. IV.

Considerandum nunc, ordine in §. I. habito, venit, quidnam perpignus ejusque luitionem velimus intelligere? Illius intuitu necesse est, explicationem nostram firmamento juris prius firmare. Itaque requiritur, perspicuè perspiciatur doctrina juris rerum, cum sua divisione in jus in re & ad rem, & ulterioribus divisionibus tanquam principium juris, unde pignoris materia derivatur. Jus rerum definitur à *MOLINA de J. & J. Tr. 2. Disp. 1. Moralis facultas, jure quaesita, circa res justè aliquid agendi vel habendi.* Quam definitionem *LAUTERB. in Compend. jur. lib. 1. Tit. 8. de divis. rerum & qualit. assentitur.* Dicitur *FACULTAS* i. e. potentia quaedam, vis ac potestas: importat enim potestatem aliquam. Dicitur *MORALIS*, quia in genere morum obtinet, & ad differentiam facultatis physicae sive naturalis, hinc omnia jura sunt facultates morales. Quod autem possim videre, audire &c. est facultas physica. Dicitur *JURE QVÆSITA*, i. e. legitimo modo acquisita, quia non nascitur, sed acquiritur. Dicitur *CIRCA RES JUSTE ALIQUID AGENDI VEL HABENDI*, quia rebus meis aliquid facere possum, e. g. ven-

vendere, derelinquere. Dicitur HABENDI, quod rem meam possideo, eandem in locum aliquem recondo & includo. Dicitur AGENDI, ut finis sit actionum & litium. Dicitur tandem JYSTE i. e. juxta rectam rationem. Hæc enim facit facultatem justè agendi, & hinc licentia omniſ refecatur per vocem JYSTE. Quare etiam libertas cum licentia hinc non confundenda: Nam qui libertatem habet, non potest dicere, ego sum homo liber, ergo possum omnia facere pro lubitu, libertas enim est naturalis facultas ejus, quod cuique facere libet, NB. nisi si quid vi aut jure prohibeatur §. 1. *J. de Jur. Pers.* sic libertas non extenditur in infinitum, sed restringitur per leges. Qui ergo contra leges quid facit, non est homo liber, sed licentiosus, libertas enim est lege definita. Objiciat tamen quis ex *l. 21. Cod. Mandati vel Contra*, ubi dicitur: Suæ quisque rei moderator atque arbiter est. Sed respondemus, quatenus non agit contra rationem, aliàs non. Ita quilibet cum bonis suis, si conscientiam tranquillam conservare velit, non ageret pro lubitu. Objicitur: etiamsi quis viâ juris non potest cum re sua pro lubitu agere, potest tamen viâ facti. Respondetur: Libertas est libertas justè agendi, qualis non esset, quando quis viâ facti cum re sua ageret. Quare ne canem quidem malè tractare debemus, nam Salomo inquit: *Der Gerechte erbarmet sich seines Viehes*/ hinc etiam in veteri testamento pecori sit quies diei. Itaque facultas hæc amplius se non extendit, quam ut justè agamus, non pro ipso beneplacito, aliàs enim staret pro ratione voluntas, quod non procedit, quia voluntas illa non debet excedere rationem hujusque modum, qui debet

debet esse justus. Hæc autem facultas justè aliquid agendi vel habendi circa res in genere extenditur etiam ad obligationes. Si enim conduco equum, illum non possum agere supra modum ac vires, & illi pabulum non præbere, Ergo etiam hîc est facultas justè aliquid agendi. Si autem v. g. alius librum alienum inter numerum librorum suorum habet, possessio quidem est justa, si autem Dominus verus eum repetit, debet illum restituere. Et sic alter habet facultatem justè habendi sed non agendi. Hæc de definitione juris rerum. Restat tamen quæstio: quid res significat? Resp.: Res talis philosophicè est idem quod ens, nam res & ens sunt idem. Res, ens & aliquid sunt Synonyma, dicunt Philosophi. Sed hîc significat res id, quod neque est persona neque actio, §. ult. *J. de J. N. G. & C.* quod ita probamus, quia ibi dicitur: Omne autem jus, quo utimur, vel ad personas pertinet, vel ad res, vel ad actiones. Nam personæ, res & actiones sunt membra dividentiæ, quæ nihil aliud sunt, quam opposita. Membra enim dividentiæ sibi opponuntur.

JVS RERVVM EST DVPLEX: Jus in re & jus ad rem, quod posterius etiam vocatur obligatio. **JVS IN RE** est, quod subjèctatur in re, vel, ut alii etiam definiunt, quod afficit rem immediatè. **JVS AD REM**, si-ve obligatio, est, quod non subjèctatur in re, sed afficit rem mediatè, mediante scilicet aliqua persona: ubi persona obligatur ad aliquid dandum vel faciendum, v. g. hic liber est meus. Si ergo dico: est meus, habeo jus, hoc autem jus afficit rem immediatè, nulla me-



diante persona, sed subiectatur in re. Sin verò dicam: Titius mihi debet 1000. solidos imperiales, habeo jus ad rem, quia afficit rem mediatè, mediante scilicet persona. Sic mendicus mihi debere potest 100. solidos, & quamvis ille extra statum solvendi positus sit, nihilominus habeo jus ad rem. Apparet itaque, jus in re non posse esse sine re, quia fundatur in ipsa re, tanquam in subiecto. Jus ad rem econtra potest esse sine re, tanquam subiecto, quia ceu jam dictum, afficit rem mediatè, mediante persona, subiectatur enim in illa persona, & tendit ad illam rem. Quare notandæ veniunt duæ istæ locutiones, JUS AD REM respicit personam *subjectivè*, h. e. tanquam subiectum, REM verò *objectivè*. Jus ad rem respectu Creditoris dicitur jus, respectu verò debitoris est juris diminutio, & dicitur obligatio, de qua §. 7. *seqq.* Nam jus ad rem est *subjectivè* sive in subiecto, scilicet in Debitoris persona, sed objectum sunt v. g. 100. Thlr., quos debet. Hinc jus ad rem differt à jure personarum, quamvis Wiffenbach & alii differentiam hancce negent rotundè, & statuunt, jus personarum atque jus ad rem esse unum idemque. Nam jus personarum respicit personam *objectivè*, jus ad rem verò respicit personam *subjectivè*, rem autem *objective*. Illustremus: Cajus mihi debet mille thaleros, habeo actionem personalem. Mevius est servus, habeo actionem præjudicalem. Jus personarum producit actiones præjudiciales. Quia nunc nihil tam difficile est, quin quærendo possit investigari, quæstio, contradicentium gratia, mota esto: Quid est ergo actio præjudicialis? Resp. est actio, quæ occupatur



tur circa personas, & oritur ex jure personarum seu statu hominum, qui triplex est, scilicet libertatis, civitatis & familiæ, vid. LAVTERB. in *Comp. jur. Lib. 1. Tit. 5. de statu hominum. Idem ibid. Lib. 1. Tit. 6. de his, qui sui vel alieni juris sunt, juncto §. 13. F. de Act.* Actio personalis verò est, quæ oritur ex jure ad rem, Actio realis autem est, quæ oritur ex jure in re. Idcirco notandum hic est, quòd, quoniam ex jure in re proveniunt actiones reales, hæcce dentur adversus quemvis, *l. 25. ff. de O. & A.* Ex jure ad rem autem, quia personales actiones oriuntur, hæc dentur adversus eundem, *d. l. 25. §. 1. F. de Act.* Quando nunc v. g. liber meus est apud hunc vel illum, habeo actionem realem, si verò alius quadrupedem debet, habeo tantum jus ad rem. Subjectatur enim in persona, quæ debet. Quare personam, non quadrupedem aggredior. Nam actio personalis sequitur personam, sive fundatur in persona.

§. VI.

JUS IN RE EST QUINTUPLEX, Dominium, Servitus, Pignus, Possessio, Hereditas, juxta LAVTERB. in *Comp. Jur. Lib. 1. Tit. 8. de Divis. rerum & qualitate.* Circa quas species juris in re dubium tamen oritur, quod possessio vulgò referatur ad jus in re, alii verò illam ad jus ad rem referre velint. Sed neutra sententia ab initio statim placet. Nam per *l. 1. §. 3. ff. de Acquir. vel Amittenda Poss.* Possessio facti est, non juris, ergo nec ad jus in re, nec ad jus ad rem spectat, Ratio: de quo non prædicatur genus, de eo non prædicatur species. Sic, si lapis non est animal, non dicere possum,

quod sit homo vel brutum. Quia tamen allegatus modo LAVTERBACHIVS in *Collegii Theoretico Practici parte 3. Lib. XLI. Tit. 2. ff.* mentem suam clarius exhibuit, explicando se ibidem: Quod possessio facti sit quoad acquisitionem & usum, juris autem, quatenus jam est acquisita, & jus in re, ita tamen, ut nihilominus multum facti in se contineat, & ubique auctoritates legales adposuit, sententiam ejusdem etiam nos sequimur, & insimul declaramus, pignus, quatenus hoc juris in re species est, & inde profluunt actiones reales, in problemate nostro nos intelligere nolle.

§. VII.

Diximus §. 5. *circa medium*: Jus ad rem respectu Creditoris dicitur jus, respectu verò Debitoris est juris diminutio, & dicitur Obligatio, idè de hac nunc agimus, & principia juris circa illam obtinentia firmemus. OBLIGATIO dicitur ab OB & LIGANDO, & quidem ita, ut particula OB augeat significationem, estque idem ac firmiter ligare. Prout etiam obtinet in ponere & deponere, quia syllaba DE auget, & sic deponere est magis quam ponere. Sumitur autem obligatio modis duobus: 1. *physicè, sive naturaliter seu propriè*, quando quis vinculis vel funibus ligatur. 2. *Moraliter, seu civiliter, sive impropiè*, pro vinculo juris, quatenus aliquis alteri adstringitur, quod non consistit in nuda imaginatione, sed omnis obligatus tenetur ad solvendum. Et hæc posterior acceptio seu significatio est hujus loci.

§. VIII.

Consideratur autem OBLIGATIO variè, potissimum verò tribus modis: 1. Ratione CAUSÆ EFFICIENT-

CIENTIS, 2) ratione OBJECTI, & 3) ratione COMMVNITER ACCIDENTIVM.

§. IX.

CAUSA EFFICIENS, à qua consideratur obligatio, est duplex, vel PROXIMA, vel REMOTA, HÆC est jus, ILLA verò, ubi immediatè obligatio provenit, & est factum hominis non simplex, sed obligatorium, de quo tanquam causa proxima prius, de jure verò, quæ causa remota §. 24. *sqq.* agendum. Simplex autem factum est, ex quo nulla provenit obligatio, v. g. ire, ambulare, &c. Obligatorium autem factum est, quando quis alteri obligatur, vel adstringitur. Sunt quidam, dicentes: factum hominis simplex esse causam proximam obligationis. Sed hoc non procedit, quia etiam ex facto bruti aliquis potest obligari, *vid. totus tit. J. si quadrupes pauper. fec. dicatur.* Factum enim hominis obligatorium est & contradistinguitur simplici, & idcirco illud dicitur obligatorium.

§. X.

OBLIGATORIUM AVTEM FACTVM duplex est: vel LICITVM, vel ILLICITVM. Quando ergo quis obligatur ex contractu, vel quasi contractu, est factum obligatorium licitum, si verò quis obligatur ex delicto vel quasi delicto, est factum obligatorium illicitum, de quo *vid. Tit. 1. § 5. Lib. IV. J.*

§. XI.

Factum obligatorium licitum rursus est duplex 1) POLLICITATIO seu VOTVM, 2) PACTVM. POLLICITATIO est offerentis solius promissum. Quod si pollicitatio DEO fit, dicitur votum. PACTVM econ-

tra est duorum pluriumve in idem placitum consensus, *l. 1. §. 2. ff. de pactis l. 3. ff. de pollicitationibus*. Hinc quaeritur: si quis v. g. hic aliquid doceret, idem quoque alibi doceretur, an sit pactum? nam ibi etiam in idem placitum est consensus. Respondetur: Pactum est consensus ad dandum vel faciendum, dictum exemplum autem non ejusmodi pactum est. Quare non sufficit adhuc, quia nos statuimus, quod pactum sit conventio, & hoc per auctoritatem *l. 1. §. 3. ff. de pactis*. Conventio autem sumitur dupliciter 1) vel PHYSICE SIVE PROPRIE, 2) CIVILITER SEV MORALITER, SIVE IMPROPRIE. Conventio PROPRIE DICTA est, quando plures ex diversis locis in unum conveniunt, *d. l. 1. §. 3. ff. de Pact.* Conventio vero IMPROPRIE DICTA est, si plures ex diversis animi motibus in unum & idem sentiunt, quod non factum in exemplo de docentibus modo allegato. Nam, quia conventio non est facta, non potest dici pactum. Monendum tamen hic occasione ab initio hujus §. 11. citatae legis *l. 1. §. 2. ff. de pactis, cui jungimus §. 1. istius legis*, quod usu juris pactio & pactum sint idem, quia hoc, scilicet pactum, à pactione per dictos textus dicitur. An verò pactum & conventio sint idem? dubitandum adhuc ob Doctorum dissentium. Cujacius statuit, conventionem esse genus, & pactum, contractumve esse speciem, ceu patet ex *VVISSENBACHII Commentario ad ff. de pactis*. Sciendum itaque, quid sit pactum? & quid sit conventio. De pacto jam primum dictum est ex *cit. l. 1. §. 2. ff. de pactis*. quod sit duorum pluriumve in idem placitum consensus, & ex §. 3. ejusdem legis elucet, quod conventio

tio definiatur ceu pactum, ubi nunc una definitio, ibi & unum definitum. Sicuti nunc contractus conventionem comprehenditur, sic & subest pactum. Quæ conventio & pactum sunt synonyma. Si autem definitiones de se possunt prædicari, etiam definita de se prædicantur.

§. XII.

Pactum est duplex, 1) vel *NVDVM*, 2) vel *VESTITVM*, SIVE NON *NVDVM*. *FACTVM NVDVM EST*, quod in foro civili non producit actionem efficacem. Idcirco in simplicibus conventionum vel nudis pacti finibus subsistebat. Et tale erat pactum contractui ex intervallo adjectum, donatio ante tempora Justiniani, quæ tamen postea vim pacti legitimi accepit, vid. *l. 35. C. de donationibus*, item pactum usurarum in stricti juris judiciis, quod tamen hodiè est pactum vestitum.

§. XIII.

FACTVM VESTITVM itaque est, quod non subsistit in simplicibus conventionum vel nudis pacti finibus, sed producit actionem efficacem, *l. 6. § 7. pr. § 1. ff. de pactis*. Ubi notandum, Wissenbachium unicum modo pactum statuere, quod apparet ex sua definitione, cum huic addiderit adjectivum *nudus*. Sed hoc errore fit, quia in definitionibus neque abesse quicquam decet, neque redundare. Dicit porro: Pactum nudum non esse terminum distinctionis, sed omne pactum esse nudum. Nos autem respondemus negando, quia *nudum* pactum differt à *vestito* sive non nudo. vid. *VINDIVS in Tract. de Pact.*

§. XIV.



§. XIV.

Quadruplex autem PACTVM VESTITVM, SIVE NON
NVDVM. 1) LEGITIMVM, 2) PRÆTORIVM, 3) CON-
TRACTVS, 4) CONTRACTVI IN CONTINENTI ADJE-
CTVM. Alii habent aliam divisionem, scilicet pactum
legitimum, contractus, adjectum, & dividunt legiti-
mum ulterius in legitimum in specie sic dictum, & præ-
torium. Quia tamen subdivisio hæc obvenit, divisioni
pactorum vestitorum in 4. species, prout modò dictum
est, inhæremus.

§. XV.

PACTVM VESTITVM LEGITIMVM est, quod spe-
ciali lege confirmatur, e. g. Donatio, quæ est pactum
legitimum, quod ex speciali legis dispositione h. e. ex
constitutionibus Principis accepit vim producendi ac-
tionem à jure civili, & pactum vestitum legitimum fa-
ctum. Quare etiam actio ex ejusmodi pactis speciali
lege proveniens dici solet condictio ex lege, *vid. l. 6. ff.
de pact. §. 2. J. de Donat.*

§. XVI.

PACTVM VESTITVM PRÆTORIVM est, quod
jure prætorio accepit vim producendi actionem, §. 9.
J. de Act. e. g. constitutum, quando scilicet quis pro alio
cavet, nulla interveniente stipulatione, si enim fit hæc
accedente, tunc est fidejussio. Notandum ergo, quod
constitutum fiat sine stipulatione, sin enim per stipula-
tionem fuerit factum, esset juris civilis.

§. XVII.

Sequitur ordine tertia pacti vestiti species conside-
randa, nempe CONTRACTVS. Etli nunc materia hæc
ce

ce quotidie & innumerabiliter in vita humana obveni-
 nat, & ea propter vulgaris utique sit, mirum tamen,
 quod contractus in toto corpore juris civilis nulla in-
 veniatur definitio. Quare etiam evenit, singulos pro-
 pmodum Jctorum singulas contractus definitiones
 proferre, ex quibus tamen defectum propter auctori-
 tatis legalis, nihil aliud quam præjudicia autoritatis,
 nil probantia contortuplicantur, quæ verorum Juris-
 prudentium nullus sequi securè potest, nec debet, ~~profi-~~
~~liant.~~ Et sin Bachovium acutum, qui penè omnes
 eruditos cavillatur & redarguit, super materia hac,
 quoad definitionem, consultemus, penitus ille tacet,
 & dicit: Contractus non potest definiri. Quare illi
 Hahnus illudit. Hic autem contractum definit: Quod
 propria vi producit actionem. Quem plurimi sequun-
 tur. Nos amplectimur argumentum in *l. 7. §. 1. §. 2.*
ff. de Pactis, quasi conto prætenere prætentatum atque
 perspectum, quò principiis juris convenienter contra-
 ctus definiri potest, quod sit **CONVENTIO HABENS NO-**
MEN VEL CAUSAM. Quamvis nunc præcepta logica
 definitioni huicce officere videantur, quòd in ea repe-
 riatur Vocula **VEL**, divisionem importans, quæ defini-
 tio infirmetur; Attamen talo recto stabit, quia æqui-
 voca non possunt definiri simul una definitione, e. g.
 Gallus ein *Franzose* & gallus ein *Hahn*. Sic etiam se res
 habet in contractu. Nam hic, prima divisione, est
 vel **NOMINATIVUS** vel **INNOMINATIVUS**, quæ duæ spe-
 cies contractus etiam sunt æquivoca, quæ definitione
 una definire ad impossibilia pertinet. Hinc, quia con-
 tractus duplex est, Vocula ista, **VEL** nominatum ab in-
 C
 nomi-

nominato distinguit. Quare autem dicatur conventio ad §. 11. supra circa finem, recurre. Econtra habere nomen, idem est, ac habere specialem atque determinandi aque contrahendi formam, ob quam contractus accepit nomen, & hic est contractus nominatus. *Causam* vero habere est, quando negotium non habet vim, antequam illud ab altera parte est adimpletum, & hoc dicitur, causam subesse, si scilicet non adest specialis contrahendi forma, & hic est contractus innominatus. Sic ergo videre est, quod contractus duplex sit: 1. **NOMINATVS**, qui habet nomen, 2. **INNOMINATVS**, qui non habet nomen, sed ubi subest causa. Hujus potiores species sunt quatuor: *Do, ut des, do, ut facias, facio, ut des, facio, ut facias.* Et in his respicitur ille, qui primò contractum complevit. Et hæc quatuor species contractuum innominatorum in jure etiam prædicantur **REGVLARES**. Irregulares autem dicuntur contractus æstimatorius & permutatio, vid. **LAVTERB.** in *Comp. Jur. Tit. de Præscr. Verb.* quamvis permutatio vix differat in usu juris à contractu *do, ut des.* Ad contractus innominatos referunt quoque cambium &c. vid. **STRUV.** in *Synt. jur. Civ. Ex. 25. th. 39. seqq.* utrum rectè? alia quæstio. Ex contractibus innominatis unica saltem oritur actio, quæ dicitur præscriptis verbis, nam non adest specialis contrahendi forma, hinc tantum circumscribere debeo, natura enim rerum conditum est, ut plura sint negotia, quam vocabula, *l. 4. ff. de Præscr. Verb.*

§. XVIII.

Contractus NOMINATVS EST DVPLEX, I. VEL VERVS

RVS SEV PROPRIVS 2. VĒL QVAASI CONTRACTVS. VERVS, qui perficitur consensu contrahentium vel expresso, vĒl tacito. Nam tacitus consensus facit etiam verum contractum, & sic non solum expressus, *l. 4. pro soc. l. 48. de Obligat. & Act.* Si enim passus sim aliquem pro me fidejubere, vel aliās intervenire, mandati teneor, & nisi pro invito quis intercesserit, aut donandi animo, aut negotium gerens, erit mandati actio, *l. 6. §. 2. ff. mandati vel contra.* Sic videre est, tacitum consensum facere verum contractum. Quod autem Mandatum verus sit contractus, nullus dubitabit. QVAASI CONTRACTVS est, ubi nullus est consensus, neque expressus, neque tacitus, *vid. rot. tit. J. de Oblig. quæ quasi ex contractu nascuntur*, ubi species quasi contractuum recensentur.

§. XIX.

VERVS CONTRACTVS est QVADRVPLEX, I. REALIS, e. g. Mutuum, Commodatum, Depositem, Pignus, *rot. tit. J. quibus mod. re contrab. Obligat. 2.* VERBALIS, e. g. stipulatio, *rot. tit. J. de Verb. Obligat. & seqq.* 3. LITTERALIS, e. g. contractus chirographarius, *rot. tit. J. de lit. Obligat.* 4. CONSENSVALIS, e. g. emtio venditio, locatio conductio, societas, Mandatum, *§. im. J. de Obligat. ex consensu.*

§. XX.

CONTRACTVS tam VERVS SEV PROPRIVS, quam QVAASI CONTRACTVS est vel VNILATERALIS, vel BILATERALIS, *pr. J. de Auctor. Tutor. VNILATERALIS* est, qui ex uno tantum latere obligat, sive ex quo unus sal-

tem obligatur, alter non, ideò uni solum contra alterum datur actio, e. g. mutuum, chirographum, stipulatio, & hereditatis aditio.

§. XXI.

BILATERALIS, est, ubi uterque potest obligari, & est duplex, I. vel STATIM AB INITIO, quando ambo contrahentes sibi invicem ad quid præstandum æquè principaliter obligantur, e. g. in locatione conductio-
ne, societate, emtione venditione. Emtor enim obligatur, ut pretium solvat, venditor autem obligatur ut rem tradat, adeòque oritur inde actio utrinque directæ,
2. ex POST FACTO, quando unus principaliter est obligatus, alter verò ex accidenti sive secundariò, e. g. in Mandato, Commodato, Deposito, Pignore, tutelæ & negotiorum gestione. Adeoque in eum, qui principaliter obligatus est, datur etiam principalis sive directæ actio, adversus alterum verò, qui ex accidenti sive secundariò tenetur, aliquando actio contraria. Contractus bilateralis non potest cognosci absque post facto. Sicuti nunc est contractus, ita quoque est obligatio. Nam si contractus est unilateralis, est etiam una obligatio, & ita quoque una saltim actio. Si vero contractus est bilateralis, tunc est etiam duplex obligatio, & consequenter duplex actio. Jus & actio sunt unum & idem, sed diverso considerandi modo. Actio ut instituenda, est jus, quod quis habet persequendi in judicio, quod sibi debetur, quando autem actio instituitur, est persequutio juris in judicio, quâ peto à magistratu, ut jus meum consequar, & hinc processum debeo observare,
h. e.

h. e. ordinem decentem in persequendo, *pr. J. de Act.*
 Quare, quoad actiones ex contractu unilaterali & bilaterali, regulæ certæ observandæ: 1. Ex omni contractu unilaterali una oritur actio, ex contractu verò bilaterali nascitur duplex actio, nam quot sunt obligationes, tot etiam sunt actiones, 2. ex contractu bilaterali statim ab initio utraque actio est directa. 3. Si contractus unum habet nomen, utraque etiam actio unum habet nomen, e. g. societas, actio pro socio, §. 2. *J. de pœna temerè litig.* 4. Si contractus duplex habet nomen, etiam actio duplex habet nomen, e. g. in emtione venditione. Emtor habet actionem Empti, Venditor actionem Venditi. Item in locatione conductione. Locator habet actionem locati, conductor verò conducti. In societate utriusque officium est idem, in emtione venditione autem aliud officium est emtoris, aliud venditoris, & sic in locatione conductione, aliud enim officium est locatoris, aliud conductoris. Et idè, quia sunt duo officia, etiam duo habent nomina & duas actiones. Hoc autem tantum obtinet in contractibus bilateralibus statim ab initio. Hinc 5. regula: si contractus est bilateralis ex post facto, oritur actio directa & contraria, & quidem directa ex principali obligatione, contraria verò ex secundaria seu minus principali, e. g. in Mandato, Commodato &c. Tales etiam actiones ~~etiam~~ in quasi contractibus. Sic datur actio negotiorum directa & contraria, item tutelæ directa & contraria.

§. XXII.

Omnis itaque CONTRACTVS BILATERALIS & actio inde proveniens est BONÆ FIDEL. Et omnis

contractus VNILATERALIS & actio inde resultans est stricti juris, §. 28. *J. de Act.* Nam per dictum textum CONTRACTVS SVNT VEL BONÆ FIDEI, VEL STRICTI JURIS. Species autem contractuum bonæ fidei sunt omnes bilaterales ex nominatis contractibus, ex innominatis verò tantum æstimatorius & permutatio. Species verò contractus stricti juris sunt omnes contractus unilaterales & reliqui innominati.

§. XXIII.

Supra §. 14. dictum est, quod pactum vestitum sit quadruplex: legitimum, prætorium, contractus, contractui in continenti adjectum. De prioribus tribus fat jam actum est, hinc quarta species pacti vestiti adhuc tangenda. PACTVM IN CONTINENTI CONTRACTVI ADJECTVM est, quod adjicitur, antequam contrahentes ad aliud negotium digressi sunt, l. 7. §. 5. *ff. de Pactis.* Ubi probè notandum, quod hoc pactum sit pars contractus, & hinc formet quoque actionem, per textum cit. h. e. actio ex contractu illo extenditur etiam ad illud pactum, & potest ex hoc pacto peti, quod in contractu continetur. Ex intervallo verò adjectum est pactum nudum, *vid. supra §. 12.* & hinc nullam producit actionem.

§. XXIV.

Explicatâ causa efficiente obligationis proxima in §. 9. & *sqq.* nunc de efficiente remota agendum. CAUSA EFFICIENS REMOTA OBLIGATIONIS EST JVS, circa quod OBLIGATIO dividitur 1) in NATVRALEM, quæ obligat jure naturali tantum, 2) CIVILEM, quæ obli-

obligat jure civili tantum, *vid. exempla §. 1. seqq. J. de Except.* 3) MIXTAM, quæ obligat jure naturali & civili simul, v. g. in contractu, in quo jus naturæ & civile concurrunt evidenter, & hinc mixta obligatio obligat devincitque ex utroque jure tam naturali, quam civili. Nihilominus tamen hoc & illud differunt, quamvis jungantur. Sic si servus Domino aliquid promittit, ille obligatus est jure naturali tantum, quod tamen jus civile infringit, nam hoc posteriori inter dominum & servum non subsistit obligatio, *l. 32. ff. de Reg. Jur.*

§. XXV.

Hæc autem OBLIGATIO NATURALIS DVPLEX, 1) PLENA, quæ saltim jure naturali producit actionem, exemplum est in *§. 1. J. de fidejuss.* Si enim non esset jus civile, ex jure naturæ possem agere. 2) MINVS PLENA, quæ ne quidem jure naturali producit actionem. Hinc ex hac obligatione, ne quidem naturaliter quis potest conveniri. Qualis est obligatio ad antidora sive antidoralis, quæ est, ut benefactori rursus beneficiamus. Qui enim beneficium remunerare debet, est quidem naturaliter & minus plene obligatus, sed, quia ex ejusmodi obligatione ne quidem jure naturali datur actio, idè tale quid non potest exigi, quia sufficit beneficium grato animo agnoscere. Nihilominus tamen secundum *L. 54. §. 1. ff. de furt.* est debitor beneficium.

§. XXVI.

Nunc autem obligatio naturalis in genere consideratur à jure civili tribus modis. I. EAM IN STATV

SVO

SVO RELIQUENDO, l. 6. ff. de Justit. & Jure. sic respicit obligationem antidoralem, quando huicce nihil addit, nec detrahit. Quare etiam talis obligatio non habet majorem vim ex jure naturali, quàm ex jure civili, 2. EAM INFORMANDO, non quidem actionem dando, (alias enim esset mixta) sed alios effectus, v. g. exceptionem, §. 25. in fine J. de Legatis, compensationem, retentionem, &c. vid. SCHNOBEL. de Obligat. scilicet, quod cesset repetitio, quando ex obligatione naturali est solutum, nam aliàs fieret obligatio mixta, sicuti in parenthesis jam monitum. 3. EAM INFRINGENDO h. e. OMNES EFFECTVS DENEGANDO, non quidem dando occasionem fallendi & circumveniendi. Et sic respicit obligationem pupilli & foeminae, illius, scilicet pupilli, qui sine tutoris auctoritate se obligavit, quae obligatio habetur pro nulla, hujus, nempe mulieris, quae pro alio intercedit, propter SCtum Vellejanum &c. vid. l. 16. ff. ad SCtum. Vellej. & l. 6. ff. de Just. & Jur. pr. §. 1. sqq. J. de Except.

§. XXVII.

Juxta ordinem §. 8. supra expressum Obligatio nunc consideranda ab *Objeeto*, ratione cujus est VEL DANDI VEL FACIENDI. Illa, quando quis tenetur aliquid dare. Haec, quando quis tenetur aliquid facere. Harum autem obligationum dandi vel faciendi effectus sunt diversi. Obligatio enim dandi habet praecisam tradendi necessitatem, §. 2. J. de Donat. In faciendi autem obligatione sufficit praestare interesse. Nam ratio diversitatis est: quia in rem potest fieri executio, non verò in factum, l. 72. ff. de Verb. Oblig. Ubi tamen non praeterendum, quod in jure
Sax.

Sax. Elect. novissimo §. 2. ad Tit. 39. Ord. Proc. sancito
exceptio à regula, quoad obligationem faciendi, appa-
reat, circa quam quis per præstationem ejus quod in-
terest, ab executione non liberatur.

§. XXVIII.

Ultimò OBLIGATIO adhuc juxta §. 8. RATIONE
COMMVNITER ACCIDENTIVM inspicienda, quorum
intuitu est 1. vel PVRA, si nulla conditio neque dies ad-
jecta, & tunc statim cessit & venit dies, 2. vel IN DIEM,
ubi dies adjecta, tunc cessit quidem dies, sed nondum
venit, 3. vel SVB CONDITIONE, si conditio adjecta,
& hic neque cessit, neque venit dies, sed est tantum spes
debitum iri. Quid autem significet: cedit dies, venit
dies, cessit & venit dies, docet l. 213. ff. de Verb. Signif.
Fundamentum autem locutionum: neque cessit ne-
que venit, item: spes debitum iri exhibet §. 4. *J. de*
Verb. Oblig.

§. XXIX.

Perspecta itaque pro instituti ratione doctrina ju-
ris rerum cum suis considerationibus atque divisioni-
bus, revocamus in memoriam id, quod ab initio §. 4.
proposuimus. Quare declaramus: Quod PER PI-
GNVS, nihil aliud, quàm pactum vestitum §. 13. quod di-
citur contractus §. 14. & 17. nominatus §. 18. Verus,
realis, §. 19. unilateralis ab initio, §. 20. & eatenus stri-
cti juris §. 22. bilateralis ex post facto, & eatenus bonæ
fidei §. 21. 22. confer. §. 6. circa finem, per LVITIONEM
verò modum, quo tollitur obligatio pignoris, sive so-
lutionem, auctoritate *princ. J. quib. mod. toll. oblig.* in-
telligere velimus.

D

§. XXX.



§. XXX.

Tandem Concursus ejusque Massæ intellectus nobis ille esto, quem Potentissimus legislator *Rex Polon. & Elect. Sax. ab initio §. 1. ad Tit. 41. Ord. Proc.* & equidem quoad Concursum, in verbis: Wenn mehrere Gläubiger zusammen kommen/ und es sich äußert/ daß der Schuldner in Abfall seiner Nahrung gerathen/ also ein Concursus Creditorum entsteht: Quoad Massam verò, cum Verbis: soll alsobald mit Gerichtlicher Obsignation und Inventur der vorhandenen Effecten/ sie haben Nahmen wie sie wollen/ verfahren ic. werden ic. Also ist hierauf/ so bald möglich/ zur Auction derer Mobilien und Subhastation der Immobilien/ wie bereits *ad Tit. 39. geordnet/ zu verschreiten/ und sind selbige demjenigen/ so das meiste darauf licitirt/ und sie darum erstehet ic. expressit, confer. pr. ad Tit. 42. Ord. Proc.* quatenus in hoc sancitum, quidnam à Massa concursus sit separandum & proprietariis extradendum.

§. XXXI.

Sed exitinere in viam. Dispiciendum enim nunc, quæ rationes pro sententia affirmativa vel negativa obtinenda, super problema nostrum, scilicet utrum actio curatoris litis instituta efficax sit, nec ne? afferendæ, quæque earum fortiores existimentur.

§. XXXII.

Milites affirmativæ præsidium ostendentes esse videntur 1. quod debitor de facultatibus suis amplius, quam in his fuit, speraverit, *§. 3. J. quibus ex caus. manumit. non licet.* Quare tunc 2. lapsus bonorum, & ob hunc 3. extra statum solvendi positus debitor, & 4. concursus creditorum ortus sit, quò 5. Administratio-

tione bonorum suorum omni debitor privatus, quod, 6. *Ord. Proc. Elect. Sax. §. 1. ad Tit. 41.* assentiat, verbis: Der Schuldner aber von aller Concurrentz bey der Administration ausgeschlossen werden/ hinc 7. in fraudem legis & creditorum rem suam mobilem pignori dedit debitor, & tradiderit, cum insuper 8. pignoris datio & traditio pro specie alienationis in jure habeatur, hincque 9. per §. 6. *J. de Act.* actio Pauliana Curatori litis competat, quâ permissum, rescissa traditione, rem pignoratam ab hanc possidente petere, præprimis cum contra hunc, quia 10. in termino liquidationis per editum præfixo emanferit, & idè præclusus, II. præsumptio scientiæ lapsus bonorum & concursus, atque hinc partiarri fraudis debitoris oriatur atque valeat, & denique 12. *alleg. §. 1. ad Tit. 41. Ord. Proc. Elect. Sax.* ulterius constituat, in verbis: und sollen im übrigen diejenige so ein 11. Unterpfand oder ander dergleichen Recht daran zu haben vermeynen/ an die Rauff-Gelder sich gebührend zu halten/ schlechterdings angewiesen werden 11.

§. XXXIII.

Negativam è contrario sustinere videntur rationes sequentes: 1) Collatio temporum ex problemate nostro computandorum, siquidem pignus mensè Junii 1724. contractum atque traditum, luitio autem ejus destinata diei Michaëlis dicti anni, quorsum, quia tunc temporis *Ordinatio Proc. Saxon. Elect.*, vetus dicta, vi mandati publicationis recognita adhuc viguerit, hæc, scilicet recognita, non trahenda, quia 2) lapsus bonorum vitæ debitoris tempore non, nec eodem 3) Concursus Creditorum, sed hic 4) diu post mortem debitoris



toris & tempora *Ordinat. Proc.* recognitæ in vim legis publicæ & publicatæ in terris Saxonibus Electoralibus introductæ extiterit, quibus temporibus autem 5) pignus non, sed antè contractum atque traditum fuerit, quod, quia 6) negotium hoc illuc non trahendum, ex *Ordin. Proc. Recogn.* dijudicari nec possit, nec debeat, cui rationi 7. Collegium quoddam Saxonicum Electorale de jure respondens decidendi ratione sententiæ cuidam ad concursum quendam in Saxonia Elect. Mensi Nov. Anno 1727. latæ viresque rei judicatæ acceptæ insertâ, consenserit, 8. pignoris datio & traditio species sit factorum licitorum, 9. acceptor pignoris, hoc actualiter atque fide bona possideat, & idèd 10. sibi jus quæsitum sit, pignoris luitionem utique requirens, sine qua 11. illud sibi auferri non possit, quare & 12. acceptori nec emansio sui in termino liquidationis, nec præclusio, nec scientiæ lapsus bonorum & concursus, & hinc partiarîi fraudis debitoris imputata præsumtio, ex temporum dictorum collatione jam remota, eventumque in omnem jurejurando removenda, officiat, consequenter 13. Curatori litis, cui exceptio legitimatio- nis ad causam obstat antè, jus agendi nullum, eò minus autem 14. Actio Pauliana, quia hæc à pignore litisque Curatore penitus exulat, competat, 15. pignus securitatem crediti ex conventionem pro fine habeat, qui 16. per petitionem extraditionis pignoris absque hujus luitione factam, quia occasio fallendi hac sub intentione lateat, quæ litis Curatori ejusque officio aliena esse debeat, non infringi possit, nec 17. *per Ordin. Proc. Saxon. Elect. recogn.* fractus sit, quia §. 2. *ad Tit. 44.* eo usque fan-

fancitum: In rebus mobilibus hat allein derjenige/ dem ein Pfand zugleich übergeben worden/ wenn er es würcklich in Händen hat/ ein jus reale &c. præcipuè, cum 18. concursui luitio pignoris innociva sit, quia, facta hac, pignus in locum solutionis per extraditionem succedat, & postea in pretium fortassis uberius redigi possit.

§. XXXIV.

Amplectimur itaque, judicio sentientium, quid rectius justiusve sit? salvò, sententiam Curatori litis, quamvis & in hunc bonorum Curatoris officium, normam juxta *Ordinationis Proc. Elect. Sax.* recognitæ, collatum, sicque Curatoris utriusque munere ullus simul fungatur, efficacitatem actionis denegantem, & credimus, in vim problematis inauguralis sufficere

T A N T V M.



1727
In nomine domini Amen. Nos Johannes Christianus
Curator huius Universitatis, quibus in hac
parte in hac Universitate huiusmodi
et hoc in praesens foret ad nos redigi possit.

§. XXII.
Annotatum in hoc scripto tenentiam quid ro-
gare possit huiusmodi, tenentiam Curator huius
universitatis et in huiusmodi Curator officium, non
tamen in hac Universitate hoc huiusmodi huiusmodi
tenentiam, huiusmodi Curator officium huiusmodi
tenentiam, huiusmodi Curator officium huiusmodi
tenentiam, in huiusmodi huiusmodi huiusmodi
tenentiam.

T A M



ERFURT, Diss., 1730 (1)

ULB Halle

003 749 266


3



TA-70L







21 1730, 17 Pra. 23. num. 45. 18

TRINITATIS SANCTISSIMÆ

CVRATOREM LITIS
EXTRADITIONEM REI MOBILIS
TEMPORE ORDINAT. PROC. ELECTOR. SAX.
VETERIS PIGNORI DATÆ ET TRADITÆ, ABS-
QUE ILLIVS LVITIONE, AD MASSAM CON-
CVRSVS TEMPORIBVS RECOGNITÆ PRIMVM
ORTI IN TERRIS ELECTORALIBVS SAX.
INEFFICACITER PETENTEM,

CONSENSV PARI
ILLVSTRIS JCTORVM ORDINIS
IN PERANTIQA ACADEMIA ELECTORALI ERFORDIENSI
PRÆSIDE

DN. CONR. WILHELMO Strecker,

V. D. JVD. ELECT. PROVINC. ET FACVLT. JVRIDICÆ IN ALMA HIERANA
ASSESSORE, PROFESSORE PVBLICO, NEC NON CIVITATIS
ERFORDIENSIS SENATORE,

IN VIM
PROBLEMATIS INAVGVRALIS
SIVE

PRO LICENTIA

OBTINENDI
NOBILISSIMAM JVRIS VTRIVSQVE DOCTVRAM
HVJVSQVE PRIVILEGIA

EXHIBET
JOANNES CHRISTIANVS Kähler

Numburg. Misp.
CONSILIAR. SAXO. DVICAL.

IN AVDITORIO JCTORVM MAJORI HOR. CONSVET.
D. XXVII. FEBRVARII A. M DCC XXX.

ERFORDIÆ, Litteris GROSCHIANIS, Acad. Typogr.

